

mani Pontificis pro tempore existentis partes erunt, animum sedulo advertere, et deliberare, dum absolventur a vinculo, quo priori Ecclesiae tenentur, ad effectum optandi et assequendi Ecclesiam vacantem ex dictis Suburbicariis, utrum expediat eis concedere administrationis, seu alio nomine, retentionem alterius Ecclesiae, cui antea praeerant, ac in primis, utrum ambae sint adeo propinquae, ut Pastoralem curam utriusque commode impendere, suumque ministerium recte implere valeant. Tandem idem Pontifex decrevit, ut Cardinales, unam ex Suburbicariis Ecclesiis obtinuerint, deinceps ad aliam, priore demissa, et Romano Pontifice approbante, semel tantum transire possint; salva tamen et illa facultate optandi praevia dimissione prioris, Ecclesiam Hostiensem.

ARTICULUS IV.

Quoad Cardinalium privilegia.

(1. Cardinales primo gaudent privilegio Episcopis concesso in cap. Quia periculosum 4. de sentent. excomm. in 6. ut generali Statuto, vel Sententia Interdicti, aut Suspensionis non includantur, nisi eorum specialis, et expressa mentio fiat. Alban. de Cardin. qu. 42. priv. 31. Azorius part. 3. lib. 4. cap. 3. qu. 20. vers. 12. Henriquez in Summa lib. 13. cap. 34. § 2. lit. X. Bellet. disquisit. Cler. part. 1. tit. de Disciplin. Cleric. § 2. n. 48. Barbosa lib. 1. Juris Eccles. cap. 4. n. 69. Hurtado de Censuris tract. de Suspens. diff. 9. n. 23. Diana p. 5. tr. 2. resol. 46. (2. Secundo, Cardinales gaudent privilegio eligendi sibi Confessarium, etiam non approbatum ab Ordinario, ut colligitur ex cap. Ne pro dilatione 16. de poenitentis, et remissionibus, ibi: Ne pro dilatione poenitentiae periculum imminet animarum, permittimus Episcopis, et aliis Superioribus, nec non minoribus Praelatis exemptis, ut etiam praeter sui Superioris licentiam providum, et discretum sibi possint eligere Confessorem. Nam vides, quod haec facultas conceditur Episcopis, et aliis Superioribus, Cardinales autem, ut patet ex dictis articulo secundo, sunt Superiores Episcopis Dignitate, et Jurisdictione. Tum quia esto id cla-

(1) Dubium est, ut vel ex ipso auctore liquet, an Cardinales, qui Episcopi non sint, possint sibi confessarium eligere ab ordinario non approbatum, et multo magis, num hujusmodi confessarium ad excipiendas familiarium confessiones deputare possint. Quam ob rem cum de valore Sacramenti agatur, quod sine debita jurisdictione nullum esset, nisi aliunde ex expressa Pontificis concessionem constet, hoc privilegium habere Cardinales, ex allatis rationibus concludi non potest, ut auctor contendit, posse revera ita sibi eligere, vel familiaribus deputare confessarium. (Nota Romani Theologi.)

Animadversiones auctoris.

In verb. Cardinalibus, art. 3, num. 30, valde restringunt additor, et theologus jurisdictionem Cardinalium in suis titulis, et art. 4, post n. 4, denegat theologus ipsis Cardinalibus facultatem eligendi confessarium non approbatum ab ordinario, et deputandi pro recipiendis confessionibus suorum fami-

re, et expresse non colligatur ex dicto textu, consuetudine tamen ita obtentum est. Reginaldus in praxi Poenit. tom. 1. lib. 1. cap. 5. sect. 1. n. 32. Toletus in Summa lib. 6. cap. 13. n. 5. Lugo de Sacram. Poenit. disp. 19. sect. 1. num. 5. Henriquez in Summa lib. 6. c. 13. § 5. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. qu. 101. num. 4. Lezana verb. Cardinalis num. 7. Barbosa in d. cap. Ne pro dilatione num. 4. Fagnan. ibidem num. 40. et sequent. Card. Petra tom. 1. in Comment. unic. Joan. XV. n. 49. Azorius institut. moral. p. 2. lib. 4. cap. 3. qu. 16. Qui tamen ibid. vers. Quarens an Cardinales, subdit Sacram Congregationem censuisse non posse Episcopum jam eligere Sacerdotem non subditum, qui a proprio Episcopo non sit approbatus, quasi innuens, nunc post Concilium Tridentinum non posse Cardinales, qui nec sunt Episcopi, nec Legati, confiteri alicui, qui non sit ab Ordinario approbatus, quod etiam sentit Scipio de Rubeis in Aphorism. Episcop. verb. Cardinalis num. 5. et Fagn. in d. cap. Ne pro dilatione num. 53. et 62. cum sequent. Sed illos reprobant Nald. in Summa verb. Cardin. n. 8. Ludovic. a Cruce in Bulla Cruciatæ disp. 1. c. 2. dub. 22. n. 11. cum sequent. Turrian. de Poenitent. disput. 23. dub. 3. Boss. de Jubilæo sect. 4. casu 2. § 4. n. 11. citati a Diana moral. resol. par. 5. tract. 2. resol. 10. et quod Cardinales possint sibi eligere Confessarium non approbatum ab Ordinario, etiamsi non sint Cardinales Episcopi, tenent expresse Toletus, Lugo, Lezana, loco supra citato et alii. (3. Immo Cardinales omnes possunt etiam suis Familiaribus commensalibus Confessarium, etiam alias non approbatum, designare, ex eodem fundamento, et quia sunt veluti Pastores proprii suae familiae, ita ut ea non subjiciatur, quoad Sacramenta, Parochiali locorum, in qua resident Cardinales, sed solum ipsis Cardinalibus. Naldus in Summa verb. Cardinalis n. 8. Lugo, et Lezana cit. (4. Hinc etiam ex praxi Curiae dicti Familiares in die Paschatis accipiunt Communionem in Oratoriis suorum Cardinalium. Ludovicus a Cruce in Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 2. dub. 22. n. 17. Diana part. 5. tract. 2. resol. 10. Lezana loc. cit. n. 7. (1).

liarium. Ego studui, quantum potui cum assistentia juris, et auctoritate DD. magnificare, ut par est, eorum Eminentissimam dignitatem, probe sciens cum Eminent. Petra tom. I. Commentar. in Constit. unic. Joannis XV, n. 46, et pluribus aliis a me allegatis, quod nulla major est dignitas in Ecclesia Dei post Vicarium Christi, cardinalatu; et Clariss. Riganti in regulas Cancellar., tom. II, pag. 257, num. 92, quod cardinalatus est summa dignitas nobilior episcopatu, et summus gradus post pontificatum; et Card. de Luca Jurisd., discurs. 116, sub n. 8, quod eorum collegium est dignior, ac primus senatus qui sit in mundo: et Sacra Rota Rom. allegata a Monacello, tom. IV, Rom. Ed in Append. dec. 7, n. 49; et dec. 18, n. 9, 10, 52, quod Cardinalis in sua Ecclesia titulari non solum habet jurisdictionem quasi episcopalem, sed transcendit etiam veram episcopalem; et dignitas cardinalitia in Ecclesia titulari nihil diminuitur, ex quo in pluribus non conveniat cum Episcopo; ibid. dict. dec. 18, num. 22 et 25. Unde

(5. Tertio, Cardinales de Jure communi gaudent privilegio Altaris portatilis, seu viatici, de quo in cap. final. de privileg. in 6. uti ibi ipsos comprehendendi declaravit Sacra Congreg. Conc. teste Fagnan. in cap. Ne pro dilatione 16. de poenit. et remission. num. 46. (6. Hodie tamen Cardinales alique privilegiati omnes attendere debent quoad hoc novissimum Decretum Clementis XI. de Celebratione in Oratoriis privatis, quod ad Litteram refertur sub verb. Oratorium n. 5. Vide ibi n. 5. et 70. ubi affertur posterior declaratio observanda. (7. Quarto, Cardinales gaudent privilegio, quod lites, quas habent inter se, a Papa sint judicandae, et decidendae. Paulus IV. Constitut. incip. Cum saepius. (8. Quinto, Cardinales in delicto debent ex Jure antiquo convinci, antequam condemnentur, per testes 72. si sint Episcopi; per 64. si sint Presbyteri; et per 27. si sint Diaconi; cap. Praesul. 2. q. 5. caus. 2. ibi: Praesul non damnatur nisi cum 72 testibus; Presbyter vero Cardinalis nisi cum 64 testibus non deponatur; Diaconus autem Cardinalis Urbis Romanae nisi cum 27 testibus non condemnabitur. At vide verb. Testis art. 4. n. 6. (9. Sexto, Cardinales exempti sunt a Gabellis, Datis, Tributis, et aliis oneribus Cameralibus, et non comprehenduntur in Bulla revocatoria Innocentii X. Sic idem Constit. 7. incip. Et si ea. (10. Septimo, Cardinalium Clerici omnes Domestici, commensales se possunt illis in recitatione Officii conformare; cap. fin. Clement. de celebr. Missar. (11. Octavo, Cardinales eo ipso, quod ad Cardinalatus fastigium sunt assumpti, remanent soluti a Patria potestate. Manfred. de Cardinal. c. 8. privileg. 8. Azorius part. 2. lib. 4. cap. 3. qu. 20. vers. 11. Zechius de Republ. Christian. tit. 3. de Card. num. 9. privileg. 8. Geron. de Indultis Card. § Quod tu Romanam n. 3. Diana part. 5. tract. 2. resol. 32. Molina de justitia tract. 2. disp. 229. num. 8. Barbosa loc. cit. n. 70. et alii passim. (12. Nono, Cardinales orto schismate, et duobus de Papatu contententibus, Concilium congregare possunt. Manfred. de Cardinal. cap. 31. Sebast. Caesar. in relect. de Ecclesiast. Hierarch. disp. 1. § 5. Barbosa loc. cit. num. 76. et alii passim cum Fagnano in cap. Cum olim 14. de Majorit. et Obedient. num. 50. (13. Decimo, a sententia ex voto Cardinalium, seu consensu lata minime ap-

Card. Petra loc. cit. num. 47 ad 49, sic expresse tradit: Imo si fiat mentio in aliquo canone de privilegio Episcopis concesso, eorumque superioribus, concessum intelligi debet etiam Cardinalibus, puta in cap. final. de Privilegiis, lib. vi et cap. Ne pro dilatione, 16 de Poenit. et remission. in quorum primo permittitur usus altaris portatilis Episcopis, et eorum superioribus, et tamen intelligitur permissus etiam Cardinalibus, ex declaratione Sac. Congregat. Concil. ut cit. Fagnan. in cap. Ne pro dilatione, num. 46. de Poenit. et remiss. In secundo vero, cum facultas data fuerit Episcopis, et superioribus eligendi confessarium, illam intelligendum esse datam: nedum Legatis, aliisque superioribus Episcopis, puta metropolitanis, et patriarchis, sed etiam Cardinalibus. ut tradit cit. Fagnan., num. 50. Videatur dictus

pellatur. Alban. de Cardinal. quæst. 24. vers. 3. Azorius dict. quæst. 20. vers. 3. Manfred. de Cardinal. decis. 30. Barbosa loc. cit. num. 62. et plures alii apud Dianam dict. part. 5. tract. 2. resol. 36. per cap. Ecclesia habet Senatum 7. caus. 16. quæst. 1.

(14. Undecimo, Cardinales in Beneficiis non includuntur in Regulis Cancellariae faciendis post Constitutionem 6. Urbani VIII. nisi fiant de consensu illorum, vel majoris partis Urban. VIII. Constit. 6. incip. Sanctissimus cap. 70. Barbosa loc. cit. num. 54. cum plurimis ibi citatis. (15. Duodecimo, Cardinales in commissis sibi Ecclesiis a Sede Apostolica possunt Beneficia conferre, et Jurisdictionem exercere ante captam possessionem, et ostensionem Litterarum, non obstante decisione Extravag. Injuncta, de elect. inter communes; Ludov. Gom. in proam. Reg. Cancell. qu. 4. n. 9. Gonzal. in reg. 8. Cancell. Gloss. 21. num. 7. Selv. de Benefic. par. 2. quæst. 3. num. 45. vers. octavum. Jul. Lator. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 15. n. 10. Diana par. 5. tract. 2. resol. 13. et Rota in Burgen. Canonizatus 3. Junii 1583. cor. Cardin. Lancelot. sen. (16. Tertio decimo, Beneficia Familiarium Cardinalium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni. Aegid. Bellam. vers. 19. num. 2. vers. 5. Barbosa. loc. cit. num. 84. et alii. (17. Quartodecimo, Cardinales judicant Familiares privative quoad alios etiam Cardinales, et ideo etiam Vicarius Papae non judicat tales Familiares, sed eos remittit suo Cardinali, qui ad penam habet privatam Carcerem. Sic de stylo Curiae servari testatur Clar. § fin. qu. 35. num. 17. Card. Tusch. tom. 1. concl. 100. num. 52. Carol. de Grassis de effect. Clericor. effect. 1. num. 151. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 9. sect. 9. num. 509. Diana part. 5. tract. 2. resol. 25. et alii. (18. Quinto decimo, Cardinales gaudent privilegio habendi partem reddituum Camerae Apostolicae; cap. Ubi periculum § provisiones, de elect. tit. 6. (19. Sextodecimo, Cardinali asserenti aliquid actum in praesentia Papae, vel dicenti sibi vivae vocis oraculo a Papa mandatum fuisse, credi debet; Imol. et Felin. in cap. Quod super his, de fid. instrument. Caputaq. par. 1. dec. 95. Barbat. de praestant. Card. part. 2. qu. 1. Card. Tusch. tom. 1. conclus. 103. num. 1. Diana dict. tract. 2. resol. 31. et alii passim. (20. Decimo septimo, Car-

celeberrimus canonista Fagnanus in cit. c. Ne pro dilatione per tot., et in cap. Cum contingat, de Etat. et qualitat., et in cap. His, quae de majorit. et obedient. per tot. ubi multa, et in cap. Ex gestis, num. 11. de Clericis non residentib. ubi tradit, quod Cardinalis in suo titulo curam habet animarum tam fori poenitentialis, quam contentiosi. Vide Andreucc. de Card. in gen., diss. 2, n. 24.

(1) Hodie Cardinales non amplius judicant suos familiares, praesertim si delicta, et crimina committant, nec privatos habent carceres, ut auctor asserit, teste Farinaccio consil. 134, n. 6, sed in eos oeconomicum tantum dominium habent, scilicet correctionis tantum; vide Cobellium citat. part. 176, Privileg. 21. (Nota Romani Theologi.)

dinali asserenti se esse Legatum, creditur circa Ordinariam potestatem, etiamsi Litteras suæ Legationis non exhibeat; *cap. Nobilissimus vir 3. dist. 97. Alban. de Card. qu. 24. Selva de Benefic. part. 2. quest. 3. num. 46. Barbosa loc. cit. num. 63.* cum pluribus ibi citatis. (21. Decimo octavo, Cardinalis dicto, de consuetudine Curiae, statur in iis, quæ dicta, vel facta sunt coram eis; *cap. Constitutis, et ibi Hostiens. de appel. Abb. cons. 8. l. 2. col. 3. vers. primo enim; Card. Tusch. loc. cit. concl. 103. num. 8. Diana dict. part. 5. tract. 2. resol. 31. Barb. loc. cit. num. 65.* (22. Decimo nono, Cardinales Episcopi habentes Indultum, possunt, non obstante Decreto Sanctæ memoriæ Clementis VIII. ante vacationem unire Seminario Beneficium, quod obtinet Familiaris Papæ Defuncti. Sacra Congreg. Concil. in *Tudertina 15. Aprilis 1628.* apud *Sellium in select. Canon cap. 2. num. 26.* et *Barbosa Apostolicar. Decis. collect. 131. num. 21.* (23. Vigesimo, Privilegia omnia Episcopis ob status Dignitatem concessa, ad Cardinales extenduntur propter majorem eorum Dignitatem, quam habent ex Constitutione Eugeni IV. incip. *Non mediocri.* Sic expresse tenet *Paulus Layman in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 3. cap. 2. n. 1. Diana d. part. 5. tract. 2. resol. 48. Barbosa loc. cit. num. 77.* et alii passim. (24. Plurimis aliis privilegiis gaudent omnes Eminent. Cardinales, sed quia nimis operosum esset hic ea omnia retexere, relinquuntur videnda apud *Alban. Manfr. Dian. Germ. Zech. Lorich. Azor.* et alios de ipsis diffuse tractantes.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(25. De singulis Cardinalium Privilegiis disserere longum esset, limitesque excederet additionum. Eo vel maxime, quod de numero eorum non convenitur. *Albanus* triginta tria enumerat privilegia, *Cohellius* quadraginta unum, *Manfredus* octoginta novem, quidam in opere manuscripto, cujus meminit *Germonius*, tercentum. Vide, si lubet, *Reverendissimum Tria in Synopsi S. R. E. Cardinalium præcipuorum Privilegiarum* impressa post *Piat. de Cardinal. Officio, et Dignitate editionis Romanæ Anni 1746.*

(26. Illud vero hic non omittendum, quod Cardinales inter alia hoc donati sunt Privilegio, ut testamentum facere possint, non secus ac milites. *Rota cor. Crisp. decis. 339. n. 1.* (27. Nota vero, Cardinales non gaudere in testando militum Privilegio quoad ea quæ militibus ratione imperitiæ tributa sunt, adeoque hæredem in re certa instituere nequire. *Rota cor. Crisp. dict. dec. 339. n. 13.*

(28. Possunt itaque solum Cardinales ad instar militum sine solemnitatibus testari, et sic *Schedula* ab ipsis scripta, vel subscripta ulla solemnitate a jure civili præscripta, et sine ulla præsentia Testium valet uti testamentum. *Lanfredin. Resp. Eccles. 4. num. 4.* Quod si Cardinalibus placeat testamentum mutare, vel novum condere, eodem semper ii gaudent Privilegio non adhibendi solemnitates.

Idem supremum Tribun. *cor. Crisp. dicta dec. 339. num. 18.*

(29. Nonnumquam vero dubitari solet, an *schedula* a Cardinali relicta contineat certam, ac determinatam ejus voluntatem; vide ubi res postulat *Lanfredin. Respons. Eccl. 27. num. 28.* utrobique *per tot.* qui docte pro more materiam discutit.

ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

(30. Cardinalem Professum ex ordine Hierosolymitano, cum sit vere et stricte quoad substantialia Religiosus, non habere dominium, ac proprietatem rerum. nec de iis testari posse sine speciali summi Pontificis concessione. Hanc autem ut rite obtineat, debet in precibus utrumque, quod habet ad testandum, cum ex clericatu, tum ex statu religioso impedimentum exprimere. *Andreucci in diss. de Card. professo ex ordine militari S. Joannis Hierosolymitani,* in qua etiam de hujusmodi Cardinalibus alia disputat satis curiosa, ac parum obvia, *n. 23.*

(31. Alia inter privilegia Cardinalibus competentia est hoc quod super beneficiis ab ipsis possessis imponi nequeat pensio. Privilegium hoc concessum fuit ab *Urbano VIII.* ut patet ex Constitutione 145. in Bullario *Mainardi.*

(32. Quæstionis est, an, ut Cardinales gaudere hoc privilegio possint, sufficiat, quod sint reservati, an vero necesse sit, quod publicati sint. Meo judicio non aliter privilegio hoc gaudere queunt, quam si sint publicati. Regula enim est, quod privilegia, quæ conceduntur ratione alicujus dignitatis, incipiunt non a die collatæ dignitatis, sed a die notificatæ dignitatis. Ita tradunt *Brunem. ad t. Codicis de cons. n. 7 l. 12. Hoppius in Comm. ad instit. lib. 1. tit. 12. § 4. num. 3.* ibi: «Codicillis id est litteris de collata dignitate testantibus. Ex quo colligere licet privilegia ob officium aliqui competentia non a tempore suscepti officii, sed a tempore, quo quis Codicillos accepit inchoari. *Martini Jurisprud. civil. secund. ord. instit. lib. 1. tit. 12. § 4. num. 9.* ibi: «Codicillis præstitis, id est litteris principalibus, quæ dignitatem collatam testantur. Hodie diplomata vocamus, unde non a die suscepti officii, sed a tempore quo quis diploma accepit privilegia ob officium competentia inchoari.»

(33. At privilegium hoc concessum ab *Urbano VIII.* ratione dignitatis concessum est. Atque hinc gaudere eo minime possunt Cardinales si sint reservati et non publicati. Profecto, si ante publicationem Pontifex intereat, desinunt esse Cardinales, ideo ante publicationem simplicis Præsulis figuram gerunt, qui cum hoc non gaudent privilegio, nec eodem gaudere poterunt, licet ad Purpuram destinati quousque non sint ad eam publice renuntiati.

(34. 1. Inter privilegia Cardinalibus concessa recensetur jus exercendæ jurisdictionis in suis diocesis post Pontificis confirmationem etiam non capta possessione, et quin Bullas Pontificias ostendant *Diana, Garcia,*

alique Canonistæ, non tamen exempti sunt a trienniali visitatione Liminum juxta *Constitutionem* Sixti V. *Romanus Pontifex,* cujus vigore contravenientes pœna plectuntur suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, ab administratione temporalium, et spiritualium, et a fructibus Ecclesiæ Episcopalis. *Bonacina de cens. partic. disput. 3. qu. 6. punct. 7. Barbosa prætermis. ad collect. in Extrav. lib. 1. t. 8. de major. n. 5.*

(35. II. Romæ commorantes possunt beneficia in suis diocesis vacantia providere. Quæstio est, an in Beneficiis curatis debeat præcedere concursus. Negant alii, alii affirmant, de quibus vide *Andreuc. Hierarchia Ecclesiast. lib. 2. num. 29. § 9.*

(36. III. Cardinales etiam non Episcopi in Conciliis generalibus jus habent præsentiae et suffragii, ut in tribus *Concil. Lateranensibus* in duobus *Lugdunens.* in *Viennensi,* in *Constantiensi,* in *Florentino,* et tandem in *Tridentino.*

(37. IV. Offendens Cardinales est reus læsæ majestatis. *Cap. Felicis. de pœnis in 6.* et incurrit excommunicationem in Bulla Cœnæ, in quam incidit etiam, qui sciens, non denunciaret conspirantem contra Cardinalem ex *constitutione* S. Pii V. 19 *Januar. 1569.* ob mortem attentatam contra S. Carolum Borromeum *Benedict. XIV. de Synod. Diæcesan. lib. 9. cap. 6. § verum Communis in fin.*

(38. V. Etenim statim ac ad purpuram promoventur Patrigii fiunt scripti in diademate Principis, et pars corporis ipsius reputantur ex *Navarr. tom. 3. cons. de dat. et promis. num. 10.* quem allegat *Andreuc. loc. cit. de Cardin. in gen. dissert. 2. de privileg. Cardin.*

ARTICULUS V.

Quoad Cardinales in Conclavi et sede vacante.

(1. Cardinales ingredi debent Conclave transactis decem diebus a morte Papæ. *Gregorius X. in cap. Ubi periculum, de elect. in 6.* ibi: «Cardinales, qui fuerint in Civitate ipsa præsentem, expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis, sive absentes venerint, sive non, ex tunc omnes conveniant in Palatio.» etc. (2. Cardinales non possunt habere in Conclavi ultra duos servientes Clericos, vel Laicos, sibi benevisos. *Conc. Constant. sess. 41.* ibi: «Quilibet non habeat ultra duos servientes Clericos, vel Laicos, quos duxerit eligendos, et simpliciter permittantur duos habere per Constitutionem *Clem. VI.* licet in Constitutione: Ubi majus, non liceret habere duos, nisi ex patienti necessitate.» (3. In Conclavi Sede Apostolica vacante, debet adesse unus Religiosus pro Confessionibus audiendis, a majori parte Cardinalium per secreta suffragia eligendus (1). *Pius IV. in Const. 63. incip. in eligendis § 18.* (4. Cardinales Episcopi,

(1) Quamquam olim *ly religiosus* virum regularem indigitare multi contenderent: nunc tamen omnis disputatio sublata esse videtur, cum in novissimo conclavi confessarius delectus fuerit ex clero sæ-

audita morte Papæ tenentur accedere ad Conclave, et post Papæ electionem et coronationem etiam per duos menses manere, et deinde redire ad suum Episcopatum sub pœna contra Episcopos non residentes. *Urbanus VIII. Const. incip. Sancta Synodus.*

(5. Cardinales, non intrantes Conclave, vel exeuntes sine causa, non sunt amplius requirendi, vel admittendi ad electionem faciendam. *Conc. Constant. sess. 41.* (6. Cardinalibus infirmis exeuntibus a Conclavi, alii debent prosequi electionem, et convalescentes possunt redire. *cap. Ubi periculum, de elect. in 6. et Conc. Constantien. sess. 41.* (7. Similiter absentes, qui intra decem dies non se stiterunt, si supervenerint re integra, debent admitti ad Conclave. *cit. cap. Ubi periculum; et cit. Conc. Constantien. ibidem.*

(8. Dato casu, quo Papa pereat extra Civitatem Romanam, vel extra eam, in qua erat Curia, tunc Cardinales tenentur convenire in Civitatem, in cujus Territorio, seu districtu Pontifex obiit, et ibi in Palatio Episcopali, vel alio commodiori loco construere Conclave, et Papam de more eligere; nisi tamen talis Civitas sit interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in aperta rebellionem persistat, quo casu in aliam viciniorum, non interdictam, nec rebellem debent convenire. *d. c. Ubi periculum, de elect. in 6.* (9. Ex dicta *Const. Greg. X. in cap. Ubi periculum,* deberent Cardinales habitare in habitatione communi, sed *Clemens VI. Const. 5. incip. Licet* decrevit, ut eorum Cellæ per cortinas dividantur. *Concil. Constant. sess. 41.* (10. Cardinales in Conclavi nulli alteri negotio vacare possunt, quam negotio electionis Pontificis, nisi Ecclesiæ necessitas urgeat, et tunc negotia, quæ peraguntur, debent esse omnibus nota. *d. c. Ubi periculum.*

(11. Cardinales in Conclavi nullos debent admittere ad se venientes; nec cuiquam debet dare aditus ad ipsos, et facultas cum eis secreta loquendi. *Greg. X. in d. cap. Ubi periculum,* ibi: «Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secreta loquendi cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium pro his tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur.» (12. Nec cuiquam licet mittere ipsis Cardinalibus, vel alicui eorum nuncium vel scripturam, aut cum aliquo ipsorum secreta de negotiis loqui, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ. *d. cap. Ubi periculum,* ibi: «Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel alicui eorum nuncium mittere, vel scripturam; qui vero contrafecerit, scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secreta loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.» (13. *Gregorius X. in d. cap. Ubi periculum,* statuit, ut Cardinales intra tres dies deberent Pontificem eligere, alias

culari Illustriss. DD. Acedatus Barcali, qui SS. N. D. Clem. PP. Clementis XIII est a confessionibus.